Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



153

deenses Comites pertinens, nomen Kuoß obtinuit. Ex hoc pago Nobiles Weilheimenses multa bona ab Andecensibus comparasse videntur, adeo, ut etiam Nobiles de Hirsen se scriberent. Eosdem bona in Arivalle possedisse, clarum est ex instrumento supra recitato; Hinc mea conjectura, nostrum ~~esse~~ Berenhart ~~ejusdem~~ alium non esse, quam Bernardum I vol II Weilheimensem.

nec non ex Charta Wissofontana Mon. Boii. T. VII.

Sed quis Otolhus fuit? Nobilis certe aut omnino Comitis cujusdam ~~(erat enim Comes officii titulus, non sanguinis)~~ filius; qui bona possederat in Husun seu Hansen. Tales, ut jam advertimus, fuere Comites de ~~Tauret~~ Andechs, et Taur. Floruit autem eodem tempore Otolhus Comes de Andechs, Taur et Hohenwart, Sapotonis filius, Aribonis nepos, pronepos Friderici, qui B. Gaffonis frater fuerat. Fratrem habuit Norbertum Curiensem Episcopum, sororem Wiltrudem, De eis ~~Brunschius Monast. Germ.~~ parthenonis Summontoriani fundatricem. Brunschius Monast. Germ.: Summontorium vel Alta speculа, Germanice Hohenwart, celebris olim arx Comitum Tauriensium, qui inter Halam et Oenipontem antiquitus habitantes, ab hac arce Comites quoque de alta speculа vel Hohenwartensis dicti; arcem etiam Schrobenhusianam condidisse perhibentur: nunc vero monialium Benedictinae professionis et Augustanae diecesos elegans in amoenissimoque monte ad Parrum fluviolum situm coenobium, fundatum olim arce in oratorium, ex domo venationum et voluptatum in precationum et honestorum studiorum domum conversum est a Sapothone, Comite de Tauris ejusque conjuge Hemma ~~Hemma~~, Austria dicta (alias Comitissa Werdensis) amborumque horum honestissimorum conjugum liberis, Otolpho et Wiltrude, in hoc ipso coenobio quiescentibus, de quibus tale ibi legitur ~~epitaph~~ epigramma:

Otolph. Wiltrudis huic claustro causa salutis,
Solvunt obsequia sub munere quotidiana:
Hemma quibus mater, Sapotho quippe pater. ---

Obiit vero Otolphus Comes in itinere, cum redire a terra sancta, antequam patria appulisset, ad quam tamen mortuus revectus - est. - - Post obitum fratris Otolphi Domina Wiltrudis omnia bona paterna collecta piarum sororum congregationi et ineptae a parentibus ac fratre Domini Dei tradidit: cujus ipsa prima legitur fuisse gubernatrix et Abbatissa. † Juxta chartas Summontorianas apud Hadernum B. f. Bat. f. Obiit B. Wiltrudis anno domini MLXXXI. Ergo Otolhus, alias nato prius. Eorum pater Sapoto vixit anno 1022; ~~ejus~~ igitur Otolhus circa medium seculi hujus XI usque ad annum 1080; fuitque

† Videtur hinc colligi, Otolhum sine liberis decessisse. Sed Helinus Lex. hist. v. Hohenwart, duos ei filios tribuit: Otolf Gr. von Hohenwart starb auf der Heimreise von Jerusalem, und hinterliess zween Söhne, Siegfrieden, und Otken, so sich Grafen von Schrobenhausen, Lebnau und Thaur, genennet. Um diese Zeit lebten in Steyermark Markgrafen von Hohenwart, die glaublich aus obigem Geschlecht waren, und heut zu Tag Freyherren von Hohenwart sich schreiben.

quem illa superviviit,